



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Gerardus Paësman.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

*Crucifixus.**Cor.**Vocatio.**Belga
Traiecti
20. Julij.
1638.*

que confixus est. Tribus iam sagittis faucibus, Crucifixum arripuit, & sublatis in Cælum oculis expiravit. Corda illius, & aliorum, extracta, & vnà cum sagittis combusta sunt. Aiunt illum iam antea prædixisse, futurum, vt in fidei odium à Ciuncijs cæderetur. Et verò idcirco Societati nomen dederat, vt Christum gentibus annuncians mortem cruentam, gloriosus oppeteret.

P. Gerardus Paëfman.

Iisdem crucis ferreæ atque acutæ, collaris, manicarum, pedicarum aculeis dirè horrentium, ignis lenti, falis & aceti tormentis, quibus Philippus Nottin 14. Julij narratus, hoc die per horas decem, obtentu proditionis, re autem verâ odio Catho.

tholicæ fidei, ab hæreticis
cruciatus mortem oppetijt
gloriosam, vti post eum &
Rector Collegij

P. Ioannes Baptista Boddens.

Cernixæ coctor quidam, *Belga.*
hostiliter quidpiam machi- *ibid.*
natus, ac tentus, in tormen-
tis suggestos sibi à tortori-
bus (leuamenti & veniæ
spe) Patrem Boddens Col-
legij Rectorem, & socios
nominatim, dixit conspira-
tionis esse participes; cum
tamen ille nec Rectorem,
nec socios vnquam noue-
rit, in magno manifestoque
mendacio deprehensus. Fe-
cit id ille spe vitæ retinen-
dæ, certâ eius veniâ illi pro-
missâ ab ijs qui calumniæ
conflatæ autores erant hære-
ticis. sed turpiter deceptus,
ex inopinato cæsus est: id

K 5 quod